



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Nec spiritus à scriptura, nec scriptura à spiritu separanda est

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

extra scripturas uel contra scripturas iactitatis. Sed in
hoc discimus, uos dum libet uti scripturis, dum utile
est spiritum iactare. Quum uero spiritum scripturis
probari affero, non subijcio creatorem creaturæ, sed
uolo ut incertum magis certo probetur, spiritusq; spi-
ritu, id est scriptura, expendatur, an sibi constet, an id
minus. Quod si sui similis extiterit, recipiatur: sin mi-
nus, reijciatur ut fallax & impostor. Vos uero quum
de spiritu loquimini elementum intelligitis, nam spiri-
tus uester, non est spiritus sanctus, sed carnis affectus.

SIMON. Adhuc sine scripturis biblicis lite-
ras sic extollitis. IOIADA. Imò scripturis &
exēplis nitimur. SIMON. Ostende ergo quod
ueritas scripturis probari debeat, & non potius libe-
ro spiritu absq; scriptura. IOIADA. Ex uer-
bis tuis deprehendo quid uos fallit, hoc nempe, quod
duo hæc coniunctissima & indiuisa, spiritum scili-
cet & scripturam, separatis, quæ tamen separari nec
debent nec possunt. Nam quum scripturas nomina-
mus expressum uerbum spiritus intelligimus. Quem= admodum enim uox uel uerbum uocis à spiritu anima-
li separari nullo modo potest, ita scriptura à spiritu
inspirante separari nō potest. Nam scriptura uoluntas
est dei expressissima. Sed testimonia quæ petis adferā.

Dominus noster Iesus Christus, cui pater de cœlo
testimonium tulit, & spiritum sanctum dedit non ad
mensuram